

1593.
RÖPL.

323.

dupl.

Duplum

Közl. 323 / 1. péld.



1593

1612
quar. Rech.

MAGNIFICO VIRO, DOMINO D. MARCO GERSTENBER-

GIO, IVRISCONSULTO, SUPERIORISq;
Ducatus Saxoniae Cancellario, ingenio, do-
ctrina, virtute, & fide antecellenti,

Salutem dicit

MATTHAEVS DRESSERVS.

Redo te, magnifice lectissimeq; domine Can-
cellarie, non minus hac noua irruptione Turcorum in
Germania fines commoueri, quam vel ego, vel alius
quisquam, cui Ecclesia & patria salus cura est, angere solet. De
me quidem omni ratione hoc confirmare possum, nihil mihi tri-
stius, nihilq; acerbius iam diu accidisse, quam hoc ipsum de Tur-
corum in Croatiam & vicina loca excursionibus nuncium. Sci-
mus enim gentem hanc immanitate sic efferatam esse, ut quams-
cumq; in oram aut partem terrarum irrumpit, excisionem, in-
flammationem, euersionem, depopulationem, vastitatemq; urbi-
bus, tectis, & agris inferat. Nec id solum, sed in homines eti-
am deuictos tantam seuitiam adhibet, ut eos vel crudeli mor-
te mactet, vel in seruitutem intolerandam abducatur.

Percipimus etiam oculis & omnibus sensibus vim fati, quod
urget nostram rempub. in hac mundi senectate, & ad interitum
ruente Romana monarchia: quae in gigantea illa Danielis statua
sic depingitur, ut iam vix talus eius superesse videatur, qui com-
pagem adhuc fulcit atq; sustinet: donec regnum suum aeternum
filius Dei incoet. Quo autem quidquam infirmius atq; acrius est,
eo plures grauiioresq; casus, quos Symptomata medici vocant,
habet. Minus igitur mirum est, nobis etiam in his miseris & af-
flictis pristinae monarchiae reliquijs ea euenire, quae ruinam atq;
interitum vniuersalem mundo denuncient. Et nisi me omnia
fallunt



fallunt, hic est fragor ille mundi, quem Filius Dei inter signa ultimum diem praecessura numerat, & quibus existentibus, aduentantem ad iudicium liberatorem nostrum, sublatu oculis & animis, expectare iubemur. Ad hunc igitur excipiendum totis animis nos paremus. Interim verò, dum paulisper ille cunctatur, vota facere non desistamus, ut ferrum & flammam nobis minitantem Turcam reprimat, & halyonia nobis in hac prope acta iam & decursa aetate concedat.

Non pauca sunt, quae mihi non opinione solum, sed etiam ad veritatem persuadent, hanc esse ultimam scintillam verbi caelestis, & ciuilitatis pacis, quae hoc tempore eminet & apparet, quo inclitus Saxoniae dux FRIDERICVS GVILELMVS, eiusq; in hoc tutorio Septemuiratus Saxonici munere collega, IOANNES GEORGIVS Elector Brandeburgicus Ecclesiam huius Ducatus, atq; adeo nos omnes, concepta formula, ad orthodoxum genuinumq; sensum Augustanae Confessionis astrinxerunt. Hoc enim pacto a commentis hominum, quae variare dies solet, ad verbum diuinitus traditum simpliciter fideliterq; amplectendum atq; sequendum deducimur. Tum in pacis etiam atq; coniunctionis vinculo, quo non tantum in hoc ducatu, sed vniuerso etiam imperio colligati sumus, magis confirmamur. Pro tanto igitur beneficio gratias immortales debemus in primis Deo, qui hoc quasi corollarium nos in hac extrema aetate mundi ornauit & auxit: Tum Principi etiam Administratori FRIDERICO GVILELMO, cuius consilio, prudentia, & cura hoc totum negotium gubernatum atq; confectum est. Deniq; omni laude celebrandi sunt hi etiam, quorum opera & industria hoc opus adiutum atq; absolutum est.

Quo autem hac orthodoxia, καὶ ὁμόνοια, hoc est, puritas doctrinae, & concordia, ornamenta & firmamenta praeclariora sunt

sunt Ecclesia & politia, eo maiorem curam & solitudine nobis affert bellum Turcicum: ne illius moles, tanquam fluctus, nos inundet, & hac bona vel obscurat, vel deleat. Videmus enim fortunae & opes illius tyranni nouis accessionibus identidem amplificari, nec fere esse reliquam gentem ullam, quae obsistere eius furori amplius possit, praeter Christianam. Fieri itaq; potest, ut omnem regni suum vim, furorisq; impetum in nostram perniciem conuertat. De Persico bello cerui nihil comperi ab anno vsq; octogesimo sexto, quo Taurisium ab Osmano Bassa in potestatem Turcorum redactum est. Persici verò regni eum statum esse ex historia, quae extat, intelligo, ut pace magis, quam bello egere videatur. In ceteris partibus terrarum orbis nihil vsquam reperio, quod negotium facessere Turcis possit. Est ergo hac orbis Christiani pars, quam Deus nobis reliquam fecit, pene sola in hoc tempore tanquam scopus, Turcis proposita, in quam omnia eorum tela intenduntur.

Ex nostra verò parte, tametsi vires non contemnenda sunt, tamen languidiore studio in causa sumus, & dum hostem potentem, acrem & omnes occasiones rei gerenda captantem, negligimus, metuo ne penam nostra insolentia, ignauia, & luxuria dignam subire cogamur. Necessarium igitur mihi hoc de bello Turcico visum fuit argumentum, in cuius explicatione curam & cogitationem attentam ponerem: in hoc praesertim tempore, quo aspectus Turcorum ante oculos pene versatur, furorq; eorum in limine Germania bachatur: ut inde magnitudo & necessitas Turcici belli cognoscatur, tum praesidia etiam, quibus vii ad repellendum tantum periculum conuenit, magis perspiciantur.

Oratorum quidem hoc munus proprium fuit in omnibus bene constitutis rebus publ., ut de rebus ad communem patriae salutem

autem spectantibus differere, & ex causis exemplis, ex intimo historiarum thesauro depromtis ab impendentibus periculis pramonere. Quod ipsum ego quoque, tametsi orator non sum, exequi tamen pro mea professione & facultate, quæ exigua est, conatus sum. Orationem verò ad te Lectissime Cancellarie, mitto, ut pro tua sapientia, dicendi gravitate & copia, iudicium de ea facias. Quod quidem tanti ego facturum sum, ut quicquid statueris, id non solum probaturus; sed etiam secutus sim. Vale Lips. Cal. Martij Anno Christi 1593.



DE BEL.



ORATIO.



Rationem ad vos adfero, & auditores suavisimi, pro temporum ac rerum tristitia & asperitate, tristem & acerbam: sed necessariam tamen, & ad exuscitandas mentes nostras, ut seriam cogitationem periculorum, quæ nos circumstant, suscipiamus, utilem.

Commonefaciam enim vos magnitudinis ac necessitatis belli, quod à potentissimo omnium, quos sol videt, tyranno Turca, patriæ nostræ infertur, tanto ardore atque impetu animorum & armorum, ut non tam adducere nos in perpetuam servitutem, quam deuorare penitus velle videatur. Huius ergo belli, quò maior vis atque atrocitas est, eò magis commouere nos debet, ut omnes vias honestas expediendæ salutis persequamur. Ut enim exardescente flamma, nisi in tempore resistatur, conflagrare oppidum aut vicus totus solet: sic nisi insatiabili cupiditati atque furori huius immanissimi tyranni maturè occurratur, nulla pars patriæ nostræ ex illius faucibus eripi atque seruari poterit. Quocirca adeste animis, quotquot adestis corporibus, & facite, ut vestra in me attentè audiendo benignitas orationem meam de re tanta prouehat. Circundabo mihi ipse cancellos, extra quos euagaturus non sum, & primum de magnitudine belli turcici, deinde de necessitate, tum de armis atque præsidij ad propulsandum illius impetum necessarijs breuiter planèq; conabor explicare. Faxit Deus immortalis, cuius nutu atque consilio omnia reguntur, ut precibus & armis ad oppugnandum Turcam nos totos effundamus, voti que nostri compotes quamprimum fiamus.

A 2

ER

Est autem bellī turcici magnitudo tanta, quanta est ipsius imperij Mahometici amplitudo atq; potentia. Pater autem potestas huius imperij tam late, ut siue Europam, siue Asiam, siue Africam spectes, vestigia tyrannidis turcicæ ubiq; fere impressa videas. Et quod mirandum est magis, successuum, atq; victoriarum eius monumenta in singulis panē partibus orbis terræ collocata inuenias. In Asia primum & antiquissimum regnum Babylonicum tenet, & Assyrijs, Mesopotamiæq; populis dominatur. Ab his enim Solymannus anno Christi 1534 receptus, & more institutoq; gentis illius regni insignibus atq; ornamentis à Calypha sacrorum principe ornatus est. Inde progressus in Mediam, Taurisum Urbem & sedem quondam regum Persicorum occupauit. Quam ante ipsum etiam Selymus ceperat & diripuerat: Amurates verò anno Christi 1586 recuperauit. Idem Amurates Georgiam quoq; quæ Christianorum sedes est, & Iberia olim fuit dicta, inter Colchidem & mare Caspium, anno eodem, edomuit. Quin Turcomanniam etiam, quam Armeniam maiorem pleriq; esse existimant, multo maxima ex parte in potestatem suam redegit. Quid de Arabibus dicam, qui dominum nullum præter Turcam agnoscunt? Parthiam verò toties non insolenter solum, sed immaniter etiam petiuit Solymannus, ut vno impetu absorbere totam velle videretur; quanquam ultra Tebriseum, quantum ego compertum habeo, nondum peruenit.

Supereft Persicum regnum, quod partim intestinis dissensionibus miserabiliter laceratum est, partim Turcorum crebris irruptionibus ita fractum, debilitatum, & diminutum, ut vix sustinere amplius Othomannici furoris vim posse videatur. Sic ergo vnius dominatu populi orientis ad Euphratem, ad Tygrim, ad Araxem, incolentes vsq; ad Caspium

spium mare longe lateq; tenentur. Quid Syria? quid Palestina? An non penitus imperio turcico subiectæ sunt? Versus Septentrionem cuiusdam Asiæ regna maxima nisi Turco parent: Tartariam minorem, quæ & Taurica Chersonesus vocatur, inter Pontum Euxinum & Mæotidem versus ortum ad Bosphorum Cimmerium porrectam, Amurates anno 1584 in ditionem suam redegit. Idem etiam Crimæos Tartaros inter Borysthenem & Tanaim liberos & prope inuictos multis seculis eodem anno sub imperium suum subiunxit.

Mahometes verò secundus duo florentissima imperia Christianis eripuit, Constantinopolitanum, & Trapezuntinum, indeq; primus imperatorium nomen titulumq; sibi vendicauit: regna verò duodecim ademit, & ducentas vrbes Christianam religionem professas cepit. Hinc Colchis, Armenia, Pontus, Cappadocia, Asia minor, quæ & Anatolia appellatur, Bithynia, Galatia, Phrygia, Pisidia, Caria, Cilicia, & Græcia, omnium disciplinarum & artium mater barbaris parere coacta, & decore florenti omni spoliata in fædam barbariem conuersa est. Atq; tot tantorumq; regnorum in Asia dominus est Turca. Maris verò mediterranei imperium potestatemq; idem sibi vendicat, ut nauigare nulli fere genti aut nationi in eo liceat, nisi cui is comiteum liberum dederit.

Iam ad alterum mundi latus quod Africam continet, conuersi, quid vspiam reperimus, quod turcicam vim tyrannidemq; non sentiat? Aegyptus ipsa, & Arabia felix, quid aliud quàm tyrannidis & idolomanie turcicæ sedes sunt? Algeria porro ante Iulia Cæsarea, Tripolis ante Leptis vocata, item Tunis, vel regnum Tunetarum, quod Carolus Quintus multo labore & sanguine acquisiuit, nunc à Selymo subiugatum seruitutem miseram per-

petitur. Ita quocunq; aspiciamus, Mahometica idolomania atq; tyrannide omnia completa reperimus. Atq; hæc quidem longinqua & procul à nobis remota loca sunt; propiora multo sunt in Europa, quæ tyrannus ille obtinet; Thracia, Macedonia, Bulgaria, Albania, Mysia, Seruia, Bosna, VValachia, maxima item pars Vngariæ, Dalmatiæ, Moldauiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, & finitimarum regionū vsq; ad Carinthiæ, Stiriaq; fines, ad quos iam furor Mahometicus cadibus & rapinis bacchatur, belliq; moles pænè vniuersa consistit. Quin Viennam vsq; Solymanus anno 1529. excurrit, eamq; immanibus armatorum agminibus terra niariq; circumfedit & oppugnauit. Biennio verò post, cum sexcentis millibus hominum in Pannoniam reuersus, totum imperium occidentis in ditionem suam redigere conatus est.

Et ne nunc quidem quiescendum sibi esse arbitrantur, quicunq; turcicis rebus præsent, priusquam Christianos, quos ingenti odio pleriq; omnes Turci prosequuntur, vel conciderint, vel sub potestatem suam subiunxerint. Certum est Solymanum, qui sese regem regum, dominum dominantium appellauit, omni ope atq; contentione pugnasse, vt Romanum Imperium sibi subijceret. Sic enim existimauit, se vnum esse, ad quem imperium illud iure omni pertineret: iccirco quod Mahometes, sublato Constantino, Græcorum imperatorum vltimo, sede & sceptro imperij Romani cum vrbibus eius iamdudum potitus esset, omneq; successione ius ad familiam Othomannicam transtulisset. Itaq; *Carolus V. non Casarem, sed Hispania Regem, quoties mentio aliqua de eo facta est, appellare consuevit.* Amurates verò, qui hæcenus imperium gessit, tanta superbia fuit, vt dominum terræ, gubernatorem mundi vniuersi, nuncium Dei, fidum seruum magni prophetæ Mahometi, in literarum inscriptionibus sese nominarit. Quanquam non quantum voluerint, aut

aut conati sint Turci, sed quantum valeant, effecerint, aug consecuti sint, spectandum est.

Soleo quidem mihi ob oculos ponere sæpius aliorum regum atq; imperatorum opes & potentiam, sed nescio quomodo vires Turcicæ mihi omnium regnorum & imperiorum, quæ in orbe terræ sunt, facultates superare videntur. Nec inconsulto aut temere Martinus Lutherus dixit, si Hispania, Gallia, Anglia, Germania, Italia, Boemia, Vngaria, Polonia, Dania vires suas coniungerent, opes tamen Turcarum vix æquarent. Quò igitur imperij Mahometici magnitudo amplior est, eò molem belli turcici à cervicibus nostris depellere difficilius est.

Ac si ex regnorum amplitudine minus intelligi, quanta vis sit belli Mahometici, potest: ex numero copiarum, quas educere solet Turca, æstimare eam non difficile est. Nec necesse est id à capite arcessere, & ex veteri historia repetere exercitum Xerxis ex Persia contra Græcos adductum, qui vt Herodotus scribit, complexus est peditum decies septies centena millia, equitum verò octoginta millia, præter Arabes, qui camelos, & Panos, qui currus agitarunt, numero ad viginti millia. Nihil etiam attinet commemorare, quantas olim copias ex Aegypto contra Iudæos eduxerit Sisac rex, quæ constiterunt mille & ducentis curribus, sexagies mille equitibus, & peditum multitudine innumerabili. Satis sit, quantæ hoc tempore vires sint imperij Turcici, ex multis breuiter summatimq; describere.

Totum regnum siue colluies Turcica, quanta est, non nisi ex armis conflata est: armis cepit, armis creuit, armis adhuc stabilitur & amplificatur. Sancitum enim est lege & iure Mahometico, vt cum homines præceptis retineri in officio nequeant, gladio, vi, & armis coerceantur. Et quoniam armis ferè semper gauisus est mundus, & adhuc delectatur

lectatur gladijs, cædibus & rapinis hæc labens, & inclinata ætas: passus est Deus in medio terræ loco exoriri armamentarium hoc Turcicum, ex quo arma in omnes partes mundi expediantur, & bellis cædibusq; homines misere diuexentur. Quid enim aliud est porta siue aula Othomannica, quam belli officina, ex qua in Asiam, Africam, Europam hostiles exercitus educuntur? Videas in hac ordine omnia sic disposita & comparata ad militares vsus, vt ad oppugnandum, ad cædendum, ad subigendum, & domandum nihil deesse ex vlla parte videatur.

Principio imperatorem siue tyrannum stipant quatuor millia selectissimorum equitum, cum ingenti famulorum multitudine, rei militaris scientia, audacia, celeritate, & immanitate cæteris antecellente. Hos sequuntur duodecim millia ianizarorum, qui ex Christianorum liberis selecti quidem sunt, sed Turcos ipsos truculentia superant, & firmissimum imperatoris Turcici præsidium, ac prope inuicti pedites ac Sclopetarij habentur. Sunt alij, præter hos, ianizari numero ad decem millia, qui imperatorem comitantur, & rursus sexies mille per arces distributi. Ac ne decedentibus ex his aliquibus, inopia sit, decem millia iuuenum passim ad vsus belli, vt succedere in locum defunctorum queant, instruuntur. Ad quam quidem rem quarto quoq; anno ex Christianis vltra decem millia masculorum colliguntur.

Atq; hi quasi robur atque medulla exercitus turcici existunt: equitum verò ductores summi Beglerbegi, hoc est, dominorum domini ex singulis præfecturis, quarum supra quadraginta & octo numerantur, sena vel septena millia equitum, si amplæ sunt, ad duo verò millia, si angustæ sunt, educere in aciem possunt. Accedunt ad hos voluntarij equites, qui nullo stipendio militant, sed ex præda & rapto viuunt:

horum ad centum millia esse dicuntur. Quanquam alij pauciores ponunt. Antecedere solent hi exercitum biui itinere, tanquam exploratores, & quacunq; incedunt, incendijs & rapinis omnia longe lateq; vastant. Hæc quotidiana præsidia sunt aulae turcicæ, & quidem ad expeditionem in quamcunq; partem orbis parata atq; facilia.

Bassarum verò, ex quibus duces belli deliguntur, tanta est copia, vt de imperio, quoties expeditio suscipienda est, inter se certent. Qui verò sponte sua exercitum sequuntur, nullo conducti stipendio, eorum tanta est multitudo, vt sæpe dimitti eos, ne vel oneri sint, vel comæatus deficiat, necesse sit. Tanta præsidij militaris copia in nulla alia aula facile reperitur: nisi fortè in Aethiopum regis Davidis, qui præco Ioannes cognominatur. Huius enim equitatus & peditatus dicitur tantus esse, vt nemo per censere numerando queat. In China verò, nuper admodum peruestigato & cognito Christianis regno, vices centena & quinquaginta millia peditum, & quater centena millia equitum circa regem esse feruntur: Vt taceam de multitudine, quæ in singulis eius prouincijs inuenitur.

Copias duntaxat persequar eas, quas patrum memoria & nostra Solymannus, filius eius Selymus, & nepos Amurates duxerunt. Primum bellum quod Solymannus anno Christi 1521 Christianis intulit, contra Belgradum, portam, clauem, & propugnaculum Vngariæ, totiusq; Christianæ reipub. susceptum est: in quo trecenta millia armatorum fuere. Alia centum millia duce Mechmetbego in Transylvaniam, totidem in Croatiam & Dalmatiam irrupere. Pax erat per id temporis facta cum Persis, fermè vt nunc, compositis rebus in Persia, Turci successibus elati altos spiritus gerunt. Implorauit autem Ludouicus Vngariæ rex opem vicinorum Christianorum, sed frustra. Inter cæteros Polo-

B norum

norum rex responsum dedit ad deiiciendū animos Christianorum magis quā ad erigendum accommodatum. Putauit enim impares esse Christianorum opes tanto hosti, ideoque pacem, quibuscunq; conditionibus ab eo redimendam. Sequentē annō idem Solymannus Rhodum afflictā Græciæ propugnaculum, peregrinantium diuersorium, naufragorum portum, miserorum asyllum, quadringentis nauibus, ac bis centenis millibus armatorum, accurrente identidem recenti milite ex Anatolia, expugnauit & euerit. Anno 26, iterum indicto bello, de summa rei decertaturus cum Ludouico rege Vngarorum, bis centena millia virorum contra eum duxit. Ludouicus verō vix viginti quatuor millia ei opposuit, & in conspectu cum quindecim millibus Christianorum occubuit. Anno 29 redijt in Vngariam cum bis centenis & quinquaginta armatorum millibus, Budam oppugnauit, & Viennam Austriæ circumfedit, horribili fremitu, fragore, minis & crudelitate incredibili eam quassans, lacerans, & ignes, cuniculos, & tormenta omnis generis admouens. At cum nauare & efficere tunc nihil potuisset, anno 32, auctis copijs, in Pannoniam reuersus est, ut maioribus viribus Viennam oppugnaret. Habuit in hac expeditione ad sexcenta hominum millia, & in ijs trecenta millia equitum. In itinere oppidulum Vngariæ Gunzium terdecies oppugnauit, eo tamen nisi per deditionem potiri non potuit.

Anno 37, emissā classe centum & quinquaginta triremium, octoginta biremium, & ducentorum ac quinquaginta varij generis nauigiorum, Corcyram Veneræ ditionis insulam oppugnauit, suburbia incendit, agros populatus est, multos occidit, non paucos abduxit, tum Zazynthum & Citheram vastauit, Aeginam expugnauit, & solo æquauit. Parum cepit, ab Anaxo tributum exegit, ex Apulia, & Tyr-

rhen

rhēni mārīs ora prædas magnas fecit. Anno 41 iterum in Pannoniam cum ingenti exercitu effusus Budam & Pestum occupauit, tum agmina magna ad vastandam cædibus & incendijs Austriam & Morauiam emisit. Anno 43 & 44 ad ducenta viginti millia contra Vngaros duxit, & arcem Vualpo in confinibus Bosniæ Croatiae & Vngariæ sitam, quinque ecclesiam, Soclosiam, Strigonium, & Albam regalem in potestatem suam redegit. Anno 50 Temesuarum cum castellis multis cepit, & Agriam, quæ Erla dicitur, validissime oppugnauit. Anno 52 ab Henrico Gallorum rege, quod turpissimum est dictū, contra Carolum Vincitatus, classe ingenti ditiones eius infestauit. Anno 53 Zigetum obsedit, ac plus quam decem millia globorum in eam urbem & arcem displosit.

Sed nihil est necesse omnes expeditiones Turcorum contra Christianos exiliter persequi: certum est, Solymannum viuo rege Ferdinando, sexies in Pannoniam irrupisse, eamque spacio centum triginta miliarium occupasse, vrbes, arces, & oppida munitissima quæq; cepisse: de quibus paucula quædam virtute & industria Lazari Schuendij recuperata sunt. Meliten quoque insulam acerrime oppugnauit Solymannus adductis centum & sexaginta octo triremibus munitissimis, præter naues onerarias, nauigia & scaphas quamplurimas, & ad septuaginta octo millia pilarum in eam iaculatus est. Mortuo autem Ferdinando, extremum furorem in Vngaros effusus, anno 66 tantas copias ad excidendum & euerendum Zigetum adhibuit, ut duo miliaria in longitudinem compleuerint. In qua quidem obsidione ipse quoq; fremens & frendens mortem obiit, sed Zigeto tamen exercitus eius potitus est, & Christianos, quotquot Martiris reliquos fecerat, concidit: exceptis paucis, qui turcicis pileis tecti, cum mulieribus & infantibus in seruitutem rapti sunt. Eadem expeditione etiam Giulam cepit.

Quid dicam de externis copijs, quibus ipse, & post eum Selymus & Amurates Christianos in Cypro, Georgianos, Persas, & Mauros aggressi sunt? Contra Tammalum Persarum regem agmina militum ingentia sapius duxit Solymannus, & quandoq; ad centum & triginta millia hominum in pugna amisit. Selymus verò, anno 70 contra fidem iurisiurandi religionem firmatam, missis triremibus centum sexaginta, biremibus, & alijs nauibus quamplurimis, Cyprus Venetis eripuit. Idem anno 74 classe nauium longarum rostratarum centum sexaginta, onerariarum triginta, terrestri verò exercitu quadraginta millium armatorum Tuncium in Africa, & Guleram cepit. Amurates anno 75 rerum potitus, omnia fere aliorum bellorum cura, omnes cogitationes, & vires ad domandum Persicum regnum accipiti contentione distractum, & miserabiliter conuallum conuertit. Itaq; missis identidem nouis Bassis cum ingenti exercitu, Georgianos primum, tum Persas tentauit, & cadibus rapinisq; horrendum in modum usq; ad annum Christi 1587 grassatus est. Quid enim postea in hoc regno gestum, actum uel sit, compertum non habeo. Tanta multitudo copia, numerus, atq; vis armatorum hostium non solum aspectu, sed etiam auditu terribilis est. Quacumq; enim in- sistit, aut ingreditur, longe lateq; omnia depopulatur, & tanquam eluuijs quædam homines & pecudes abripit, domos incendit, agros vastat, & nihil incorruptum aut inuiolatum relinquit. Ac si vita ipsa non priuat, bonis tamen omnibus spoliatur, & in tristem, morteq; ipsa acerbiorē seruitutem abducit.

Si quis verò adeo ferreus est, ut neq; numero, neq; uic- tantorum hostium percellatur, is horribili crudelitate, quam hæc immanissima gens exercet, commoueatur neces- se est. Tantæ enim sauitiæ atq; iniquitatis exempla nobis turcica

turcica historia suppeditat, ut eorum recordatione nemo sit, qui non intimis sensibus exhorrescat. Nolo attingere longinqua, nec exemplum Mahometi allegabo, qui anno Christi 1474 in pugna ad Euphratem sex millia Persarum & octingentos cepit, de ijsq; singulis diebus, quibus statim habuit, quingentos iugulari, infultosq; dispergi iussit, ut totam Armeniam horrendo cadauerum spectaculo com- pleret. Vnus Solymannus tot documenta barbaræ ferocita- tis præbet, ut terrorem iniicere summum queant. Anno 29 in obsidione Viennensi in imbellem turbam ira & fremitu ingenti percitus ita sauij, ut infantes medios secuerit, fo- minas & senes palis infixit, verubus transoderit, & gla- dijs disciderit: captiuorum verò supra sexaginta millia in seruitutem rapuerit, vites & arbores in agris succiderit, & nullum immanitatis genus prætermiserit. Anno 1557 Cor- cyram insulam cum classe inuasit, oppidula cum vicis præ- datum est, & amplius sex millia captiuorum cuiusvis ætatis & sexus Constantinopolim adduxit, ubi facto præconio, foeminas, mares, iuuenes, & senes Christiani perexiguo precio venditi sunt, quod in thesauros regios repositum est.

Anno 43 capta per deditionem Alba regi, quingen- tis viris fortibus virilia membra execut, eosq; rasis, & pas- sim per Græciam dispersit, ut victoriæ partæ testes essent. Captus quoq; eodem tempore Tartarus unus ex ijs, qui prædas maximas in ea regione fecerant, bimulum infantem ambesum in pera habuit. Ex quo coniectura capi potuit, quantopere gens illa immanis in carnes & viscera Christia- norum sauiat. Mortuo autem ad Zigetum Solymanno, Tar- tari infantes medios dissecuerunt, hastisq; affixos ad ignem assarunt. Adeo hoc immane genus hominum carne Chris- tianorum, & vberibus foeminarum delectatum est. Anno 66, cum classis turcica, Meliteni obsidione relicta, Constan- tinopo-

tinopolim reuerteretur: in itinere Chium insulam Aeg-
 maris adorta est. Fuit autem ea inde usq; à Græcorum
 peratorum temporibus libera, & ne à Turcis inuaderetur
 sponte sua tributum annuum pensitauit. Nihilominus cla-
 prefectus Pialis tunc in ferijs Pascharis, quas more insti-
 toq; maiorum Christiani illic celebrabant, nihil tale men-
 entes, multo minus meritos ex insidijs oppressit. Euocatus
 enim præsidem, reliquumq; magistratum in pratoriam tra-
 remem: mox palatium & arcem Turci occuparunt, Christi-
 nos magistratu abdicarunt, Turcos in locum eorum subsi-
 tuerunt; templaq; Christiana solo æquarunt, relicto vni-
 S. Dominici, quod statim ritibus mahometicis initiatum
 est, & idolomania turcica consecratum. Abdicatus vero
 magistratus cum familia tota Constantinopolim missus est,
 indeq; in varias regiones deportatus. Hæc miseranda claud
 ad Gallorum regem delata permouit illum, vt pro oppressis
 Christianis deprecaretur. Qui etiam pro foedere & coniu-
 ctione, quæ est inter ipsum & Turcam, obtinuit, vt exulibus
 in patriam redeundi potestas daretur, & umbra aliqua
 libertatis restitueretur: ea tamen conditione, vt prouocati
 ad imperatorem Turcicum fieret.

Anno 1571 expugnata Cipro, supererat Famagusta, quæ
 tamen destituta Christianorum ope, Turcorum violentia
 & diuturnam impressionem sustinere amplius non potera-
 itaq; Bassæ turcico sese deditit, ea conditione, vt liceret
 Venetis, qui in obsidione erant, saluis corporibus, armi-
 facultatibus, & quinq; machinis bellicis in Cretam disce-
 dere, Christianis vero illic mansuris, tam religione, quam re-
 bus suis frui. Hanc conditionem probauit Mustapha, Bassæ
 turcicus, & subscriptione sua confirmauit. Sine mora igitur
 Veneti nauibus imponere ceperunt ea, quæ à duce turcico
 impetrant. Ante discessum vero Venetorum prefectus

Braga

Bragadinus quosdam de suis ad Bassam turcicum misit, cla-
 remq; more deditionum tradidit. Bassa quidem missos
 ad se humanissime accepit: Sed videre sese cupere ostendit
 prius Bragadinum, aliosq; primarios milites, à quibus tan-
 ta fide & fortitudine Famagusta defensa esset. Ideoq; vt ad
 se venirent postulauit. Accessit necessitate compulsus Braga-
 dinus, quinquaginta selectioribus militibus comitatus.
 Acceptus est primum benignè: sed præter spem & opinio-
 nem in tentorio Bassæ detentus audiuit conficta quædam
 aduersus se crimina, quasi ad se missos legatos contra ius
 gentium malè tractasset, & causam necis eorum dedisset.
 Ob id ira incitatus Bassa vinciri iussit cunctos, nec multo
 post productos ante tentorium in conspectu suo in frustra
 secari, Bragadinum verò, auribus prius amputatis, viuum ex-
 cortiari. Est autem digna omnium posterorum memoria hu-
 ius Bragadini in summis cruciatibus patientia, fides, & con-
 stantia in confessione Iesu Christi. Hunc enim quoties astan-
 tes magno numero Turci & Iudæi per contumeliam nomi-
 narunt, illuserunt, aut illi exprobarunt, ille inuictò animo
 defendit, inuocauit, & salutem se ab eo petere & expectare
 æternam ostendit.

Anno 1586 capto Taurisio Persicorum regum sede an-
 tiqua, potestas data est Turcis prædandi, rapiendi, inuaden-
 diq; fortunas & homines, quantum quisq; posset. Mox libi-
 do, auaritia, crudelitas, & furor tantus vrbe tota exarsit, vt
 planè nullum flagitium, nullum scelus, nullum maleficium
 teterrimum prætermitteretur. Neq; est vllius hominis facul-
 tas tanta, vt vel atrocitatem effrenata ac furiosa cupiditatis
 efferre, vel gemitum, squalorem, ciuium liberorum & pa-
 rentum, lacrymas sauciatorum, deprecationes senum, do-
 munem deniq; incolarum formidinem, trepidationem, do-
 lorem in extrema miseria atque calamitate eloqui possit.

Virgi-

Virgines vitiatæ sunt, liberi à parentum complexu auul-
ædes fractæ & exustæ, omnia bona direpta, nec vlla par-
cula ciuitatis inuiolata est relicta. Semel id factum, sed in-
rum & tercio multo crudelius & miserabilius. Prædæ tan-
fuit magnitudo, vt aliquot millia camelorum ijs onera-
sint. Ac inter manubias ferè vnusquisq; puellulam aut ad-
lescentem, in quibus species aut forma erat liberalis, secu-
abstulit.

Vnicum adhuc crudelitatis ingentis exemplum adiun-
gam de Drusis, qui reliquæ sunt Gallorum illorum, q-
tempore quodam ad recuperandum sepulcrum domini
Iudæam profecti sunt, & loca inter Ioppen supra Cæsarea
palæstinam, & Iordanis fontes, ad Libani latus incolun-
Christianam quidem religionem profitentur, sed ductu-
râmen prophetæ sui Ismani sequuntur, vitamq; professio-
prorsus contrariam agunt. Turcicam tamen idolatriam
dominationem detestantur, omniq; contentione, velis,
ita dicam, remisq; fugiunt. Ad eos igitur delendos missi
Ebraim Bassa non tam vi manifesta, quàm fraude & peri-
dia occulta eos adortus est. Nam & ducem eorum verbi
& promissis humanissimis ad colloquium allectauit,
quotquot ad ipsum venerunt, eos immaniter excruciato-
sustulit. Erant autem de his Drusis, viri trecenti quinqu-
ginta, præter cæteros ad defendendam patriæ suæ liberta-
tem parati. Præfectus verò eorum erat Macademus, qui
honoribus & præmijs ab Ebraim Bassa ad se delatis indu-
ctus, in castra cum selectis illis viris ad tyrannum accessit.
Quid Bassa? Præfectum mox in vincula conijcit, viros verò
qui cum eo erant, in vineam duci iubet, & ad vnum omne
concidi, præfectum autem ipsum per summum scelus viola-
ta fide, viuum excoriari: prius tamen, vt diu cruciaretur,
tergo eius perforato, & in tribus partibus carne excæta.

Quid

Quid est, quod ad magnitudinem & acerbiteratem hu-
ius crudelitatis accedere possit? Quid est, quod tam augeat
belli turcici atrocitatem, quam augent hæc ipsa tam hor-
rendæ immanitatis exempla? Quæ quia peruulgata sunt &
parent omnibus: minus mirum est, nonnullos, quibus liber-
tas & pietas cordi est, vitam ipsam profundere malle, quàm
tyrannidem tantam subire. Quare dubitandum non est,
quin omnibus votis, summisq; gemitibus tantam belli mo-
lem deprecari debeamus, tum studio etiam & viribus cun-
ctis in id incumbere, vt armis iustis vim tantam à ceruicibus
nostris depellamus. Quò autem atrocius hoc bellum esse
intelligimus, eò etiam maior necessitas illius gerendi nobis
obuenit.

Concurrunt autem hoc loco multa, quæ necessitatem hu-
ius belli demonstrant, primum perfidia gentis turcicæ, de-
inde seruitutis asperitas, tum religionis periculum. Ac per-
fidia quidem exempla sunt notissima, quæ ad vnam sum-
mam referuntur omnia, non esse fidem habendam turcis,
nisi cum nocendi aut violandi datam fidem facultas nulla
datur. Qui autem fidem violat, oppugnat omnium com-
mune præsidium, vt noster Cicero ait. Itaq; frustra ad tur-
corum fidem confugiunt Christiani, & nequicquam eorum
opem victi implorant. Recentia duntaxat perstringam. An-
no 1529 Budam venerat Solymannus, eamq; ferè vacuum
ciuibus ob metum, arcem tamen militis Germani præsidio
munitam repererat. Hanc cum euertere cuniculis conaretur
tyrannus, Germani, defensionis spe abiecta, cum hoste
pacti sunt, vt saluis rebus suis abire sibi liceret. Quid tyran-
nus? non habita vlla datæ fidei ratione abeuntes cum sar-
cinis suis milites ad vnum trucidari iubet, custodem verò
arctis incolumem dimittit, quod illo inuito facta esset de-
ditio.

C

Anno

Anno 1543 cum Quinqueecclesiam cepisset Solymannus, & Soclosiam arcem circumfideret, vicini populi metum fracti, sponte deditionem fecerunt. Iussi autem sunt comitum omnem in castra tyranni apportare. Quo facto iudices pagorum Solymannus accersuit, imperauitq; ut postmodum singuli cum suis subditis redirent, reuersos vero instar pecudum iugulandos maectandosq; curauit. Idem tyrannus, cum Albam regalem cepisset, in loco quodam platea non procul ab vrbe conuenire iussit victos, quasi in fidei recepturus. Venerunt eo, quibus imperatum erat, deposito squalore, armis, ac vestitu solito induti, & in aciem, ordinemq; redacti. Tyrannus aliquandiu obequitans, & aciem inspectans tandem ut arma abijciant, præcipit, nonnullos ex omni numero, viribus, & corpore valentiores se ligit, reliquos à tergo circumuentos gladijs suis concidendos curat. Erat tunc statutum deliberatumq; tyranno, nullum exemplum crudelitatis prætermittere. Iccirco alios suis gladijs confodit, alios iaculatoribus pro scopo opposuit, alios suis filijs quorum duos secum adduxerat, obiecit, exploraturus vter eorum vulnera infligere profundiora, aut plagas edere conspectiores, atq; adeo plus sanguinis è corporibus Caurorum, quo nomine Christianos appellauit, elicere posset.

Memorat historia Noricum quendam magnitudine & robore corporis antecellentem, adductum esse ad nanum tyranni filio apprimere carum, ut ab eo per ludibrium concideretur. Astiuit hic prægrandis vir, celso & erecto corpore, instar Rulandi. Nanus verò vix genua eius attingebat, & ictus crebros cruribus illius infligebat. Spectaculum erat iucundum Turcis, at valde luctuosum Christianis. Tam diu enim impetitus est fortissimus miles, donec concidens vulneribus passim toto corpore acceptis expirauit. Compertum omnino est exploratumq; omnibus, pariter victos & dedi-

tos eo-

tos eodem loco à Turcis haberi, fidemq; mahometicam nihil aut parum differre à perfidia.

Vnum exemplum seruatae fidei à Solymanno legi in Rhodi expugnatione anno 22. Cum enim fortissimi milites Christiani de Christianorum ope desperassent penitus, dedere urbem & insulam hosti barbaro coacti sunt. Quod tamen factum est ea conditione, ut saluis corporibus & rebus suis abire eis concederetur. Datam fidem summa constantia seruauit Solymannus, misertus insuper etiam magistri ordinis, qui tanta fortitudine insulam & urbem tutatus esset, & iam ætate affecta, viribusq; infirmis in exilium proficisci cogeretur. In cæteris fidem in perfidiam ferè conuertit, & cum beneuolentiam simulauit, acerbioris & saevioris virus effudit. Perfidiam autem Turcorum semper sequitur vel cædes deuictorum, vel in seruitutem traditio. Solet enim Turcorum exercitum comitari ingens turba mangonum cum longissimis catenis, quibus captos Christianos vinciant, & serie longa quinquagenos aut sexagenos trahant: ita ut vnus passus interuallo incedant, ne se mutuo conculant. Hos nocturno tempore locis munitis includunt, ne aufugiant. Nonnulli etiam talium captiuorum pati libidinosam ab impuris mangonibus coguntur. Inde quàm miserabilis sæpe audiatur ploratus & gemitus non verbis explicari potest. Non enim ætas impubes à vi fædissimæ libidinis tuta est. Turcorum verò quæstus hic longè vberissimus est. Ac de captiuis quidem decimum quæq; imperator Turcus sibi vendicat, eumq; ad certum genus laboris, cui aptus est, destinat. Puellas quidem & iuuenes artificijs instruendas curat: viros ad agriculturam, aut alia opera adhibet. Nonnullis etiam virilia exciduntur cum magno vitæ discrimine, ut eorum vsus ad sceleratissimam libidinem esse possit.

C 2

Suntq;

Suntq; magistri ordinati, qui opera à singulis exigant, ac seruitute Christianis impendet. Simul ac enim puella cessantesq; flagris cadant, Puellæ & foeminae quandoq; aut iuuenis in seruitutem datur, ad suscipiendam circumci- foedissima munia detruduntur, vt heras suas sequantur cum ionem, abnegandamq; Christianam fidem sollicitatur: & aquæ vasculo, & partes absconditas post alui exoneratio- erè semper meliore conditione esse solent, qui Christianam nem purgent. Dura omnino & miseranda est talium capti- religionem abiurarunt. Hinc, proli dolor, fit, vt iuniores fa- uorum conditio: Durior tamen longè eorum, qui nullam, le religionis Christianæ obliuio capiat. Exemplum me- artem mæchanicam didicerunt. Hi enim tanquam inutili- morabile & recens est. Erant duo fratres in Georgia, quos terræ pondera absq; vlla commiseratione per saxa, per ni- Mustapha tûrcicus Bassa fraude & vi circumuentos Con- ues raptantur, fame, siti, & squalore perpetuo macerantur, antinopolin attraxit. Christianam religionem, more gen- Nec finis miseriarum ullus apparet, præter mortem. Quis suæ, profitebatur vterq; Sed turci operam dabant enixè, incantationibus etiam vtuntur tûrci ad retinendos in seruitutem à fide Christi ad mahometicam religionem eos abduce- uitute captiuos, quibus credunt vel inuitos cohiberi posse. Quod cum nullo alio pacto fieri posset, gubernationis Fugere autem qui volunt, in periculum summum sese infen- nus ei polliciti sunt, qui è Christiano turca fieret. Ac runt. Aut enim naufragijs pereunt, aut à bestiis vorantur maior quidè natu animo magno has illecebras aspernatus aut fame contabescunt: aut ex fuga retrahuntur, & multo est, & fidem in Christum retinuit, quamcunq; fortunam sub- inclementius quàm ante tractantur. Talibus enim vel plantæ paratus: Minor verò gubernationis cupiditate incensus, ta pedum scinduntur sale in fissuras insperso, vel furca in- Christum nefariè abnegauit, & circumcissione accepta, Ma- gens cum ferro collari illis circundatur. lometum profiteri cepit.

Non finit me pietas hoc loco præterire Armeniorum & Habet quoq; tûrcicus imperator sus potestatemq; op- Græcorum fidem & beneuolentiam insignem erga captiuos quemq; ex Christianorum liberis deligendi, & ma- Christianos, quos quantum possunt in fuga adiuuare etiam mahometica religione imbuendi, vt eorum vsus in obeundis cum periculo suo interdum solent. Gratiam igitur illis de-eipub. muneribus esse possit. Quanto cum gemitu & dolo- bemus perpetuam: & si vicissim conferre aliquid in miseros parentum & cognatorum id fiat, cogitatu, quàm dictu fa- exules possumus, propensam nostram voluntatem in eosilius est. Abstrahuntur enim liberi à parentibus & cognas- esse decet. In forum quoties captiui tanquam ouium aut ca-is, & quod atrocius multò est, auelluntur à Christo, & addi- pratum greges producuntur, vt vendantur, detractis vesti- untur Mahometo. Narrant Græci ipsi, qui ad nos comme- bus omnia membra eorum explorantur, nunquid vitij ha- nt interdum pueros Christianorum tûrcicis ritibus atque beant. Venditi verò onera mandata ferre, vel iugo copula- noribus informatos, tûrcis ipsis esse truculentiores. Ob- ti aratrum ducere coguntur, nec licet cum vilo facile collo- dq; nigri diaboli vulgo appellantur. Maiores natu & sacer- qui. Si qui etiam liberos procreant, vernæ & ipsi fiunt, En- lotes etiam in regno tûrcico Christi quidem non tam fa- che obliuiscuntur, sed miseris tamen modis tractantur. Tur-

Sed tristius multo est conscientia periculum, quod inci enim pleraque templa suo Mahometo consecrant: vix

num aliquid humile aut ruinosum Christianis relinquunt. Campanas, organa, & musicam tollunt, potestatem concionis habendi adimunt, publicorum munerum armorum usu priuant, contumelias in Christum, vel in Christianos impunè iactant. Qui, verò de Mahometo aliquid loquuntur indignius, huic vim adhibent, aut incendium parant. Ergo bellum contra Turcam non tam libertatis, quam ipsius religionis causa necessarium. Etsi enim ad religionem turcicam non facilè quisquam compelli videtur in regno Mahometico: tamen non solum allecantur ad eam suscipiendam iuniores, sed attrahuntur etiam, & multi quotidiè reperiuntur, qui spe honorum atq; præmiorum, relicta humili conditione Christianorum sponte se ad Mahometicam aggregant. Sunt reliqua Constantinopoli templa Christianorum complura, quæ hæcenus per Mahometi II. sequentiumq; imperatorum priuilegia steterunt. Anno autem 1566 parum abfuit, ut non omnia in Moscheas, siue templa Turcica conuersa sint. Vix Græcorum, Armenorum, & aliarum gentium Christianarum precibus obtineri potuit, ut duabus ereptis, cætera Christianis relinquerentur.

Quàm facilè verò in tanto contemptu Christianæ religionis sensus pietatis evanescit, & ex animis effluit? De nobis quid fiat quotidie experimur. Languescit miris modis cultus Dei, & amittitur doctrinæ integritas, etiam cum assidue tractatur & inculcatur, nedum in tanta contentione, sed in amore, & negligentia. Nullum præterea genus hominum deo æque, & conditione est in regno Turcico, quam ecclesiasticum: quod labore manuum cogitur non victum tantum parare, sed etiam tributum. Singuli enim singulos duces annuatim pendunt, quod nisi faciunt, oportet eos vendere liberos, aut perpetuum subire carcerem. Quàm cara nobis est religio pura & integra, tam curæ etiam nobis

esse debet bellum contra Turcam, qui nullum pietatis Christianæ, nullum legum, nullum libertatis officium inuolant relinquit. Verum enim est & omnium ætatum testimonio comprobata poëtæ græci sententia: Barbarus fit qui diu inter barbaros versatur.

Aliquando seuerius appellauimus græcos, qui stipis aut eleosynæ, ut ipsi vocant, colligendæ causa ad nos commeant, sacerdotes præsertim, quod non plus operæ aut studij in doctrina Ecclesiæ, aut linguæ patriæ collocant. Barbari enim sunt plerique omnes, ignari sermonis patrij, nec doctores Ecclesiæ græcæ, Nazianzenum, Basilium, Chrysostomum legunt, multo minus historicos, oratores, aut poëtæ græcos cognouerunt. Sed hoc responsum plerique dederunt, non plus temporis aut ocij se literarum studijs tribuere posse, quam labor & cura victus, tributiq; annui concedat. Et cum concionum usus apud eos nullus sit, facilè intelligitur: etiam discendi atq; docendi operas omnes negligi. Scholas planè nullas habent, nisi quibus Arithmetica, & fortè etiam Musica tractatur. Vbi autem sementis nulla sit, quæ spes frugum aut neccis esse potest? Iacent literæ, friget religio, abolita est libertas, seruitutis iugo horrendo oppressa sunt omnia. Quod quò intolerabilius & formidabilius est, eò maiori necessitate nos impelli ad repugnandum obsistendumq; nefarijs Turcorum conatibus statuamus.

Quam quidem ad rem complura sunt, quæ nos excitare atq; inflammare debent. In primis gloria Dei, & filij ipsius Iesu Christi, cuius maiestas & honos agitur. Non enim tantum mahometicus furor Christum ad dexteram Dei sedere, sed de testanda audacia imperium omne ei derogat, & auctoritatem dignitatemq; Christo debitam impio & execrando Mahometo tribuit. Huic robur & potentiam, Christo infirmitatem affingit. Quàm igitur necessaria est nobis Christiana-

Christianis domini nostri Iesu Christi professio : tam ne-
 faria etiam est eiusdem nominis & gloriæ defensio, & de-
 tumelijs mahometicis vindicatio. Et quoniam aliud
 men nullum est datum nobis, per quod salutem conse-
 possumus, nisi nomen Iesu Christi : etiam propugnare
 hoc Seruatore nostro non minus quam pro ipsa salute
 stra debemus.

Postulat deinde ipsa mater Ecclesia nostram in arc-
 dis turcis curam & diligentiam. Est enim Turcus hostis
 clesie Christi, & etiam si, tributo accepto, vivere sub im-
 rio suo sinit Christianos : tamen Ecclesia sub tanto ho-
 atq; tyranno qualis potest esse ? quam est miserabilis
 Ecclesie Græcæ ? quam tristis facies Ecclesie Asiaticæ,
 Africanæ ? quam immani & horrenda barbarie conta-
 nata ubiq; sunt omnia ? Videmus quanta vis sit & magni-
 do iræ diuinæ, quæ, ubi semel exarsit, non facile restinge-
 tur. Effudit Deus iam dudum furorem suum in eas gentes
 ad quas omnia sua bona transtulerat, & quibus lucem
 bi sui cumulatè tribuerat. Huius furoris reliquias om-
 posteri sentiunt & turcicæ tyrannidis iugum etiam nunc
 re coguntur, nec semel susceptum illud de cervicibus su-
 deijcere possunt. Non dissimilis fortuna nostra erit, nisi
 iori fide, cura & diligentia tueri communicata nobiscu-
 Dei bona studuerimus. Quare providendum est etiam
 bis, ne eodem modo iusta Dei ira aduersus nos exarde-
 & in immanium turcorum potestatem redigamur, unde
 beratio sperari nulla possit.

Flagitat hanc ipsam animaduersionem atq; studi-
 etiam patria, cuius libertas omnis in hoc bello agitur. Tu-
 cica enim tyrannis nihil libertatis reliquum facit. Vbi
 tem libertatis nihil est, ibi nec iuris, nec æqui cura est. V-
 iuris & æquitatis nihil est, ibi neq; ego meum, neq; tu tu-
 tue

ueri aut custodire possumus, sed iniuriæ, cupiditati, avari-
 tiæ, & violentiæ subiecta sunt omnia. Tolle iura, & quis di-
 cet, hoc meum est ? Iam sub turcica tyrannide ius neq; au-
 ditur neq; admittitur. Quam igitur horribilis confusio in
 ea sit, æstimare quilibet potest. Ius dicunt non qui iura di-
 dicerunt, sed qui armis tractandis ab ineunte ætate assueue-
 runt. His subesse imbelles Christianos, his parere necesse est.

Apud hos si de iure quarat aliquis, id ferè audire cogitur,
 quod ab Antigono seniore audiuit is, qui librum de iusticia
 conscriptum illi exhibuit. Sic enim respondit Antigonus,
 desipis, qui cum me videas alias vrbes armis vexare, de ius-
 ticia tamen mihi audes concionari.

Quin etiam superbia Musulmannorum siue Turcorum tan-
 ta, ut, si quis eques Christianus Musulmannum præterit, de
 equo descendere cogatur, & cernuo vultu sedentem Turcam
 adorare. Hoc nisi faciat, de equo deijci solet. Talis seruitus
 si nobis indigna, si turpis, si intoleranda deniq; videtur :
 impellere nos debet, ut omnes vias persequamur, quibus
 tueri nostram libertatem possumus.

Ac si nihil horum, quæ recensui, tantam vim haberet,
 ut nos ad oppugnandum Turcam acueret : tamen suspiria,
 gemitus, lacrymæ, & assidua vota captiuorum & detento-
 rum sub turcico imperio Christianorum flectere ad miseri-
 cordiam deberent. Hi enim defatigati ac languentes iugo
 acerbissimo seruitutis dies ac noctes animos & oculos ad
 nos conuertunt, precibusq; & ope nostra se iuuari petunt.
 Deus bone, quam grauiter hi sub mole tanta ingemiscunt,
 quantam vim lacrymarum profundunt. Quos quidem ge-
 mitus, plangores, & voces lacrymabiles si minus auribus
 exaudimus, animis tamen & intimis sensibus percipere
 possumus atq; debemus. Decetq; adeo nos identidem ad

D

cos re-

eos respectare, & vocesq; precesq; nostras cum illis con-
 iungere, vt per latum & desiderabilem aduentum Filij Dei
 ad iudicium, si alia ratio fortè nulla inueniatur, ab hoc im-
 manissimo iugo liberentur. Quod nisi facimus, tanquam
 immites & immisericordes conserui pœnas graues Deo ex-
 oluamus. Ab his verò fratribus & sororibus nostris, qui
 in seruitute sunt, diris & execrationibus deuouebimus.
 Hæ rationes satis magnæ ad demonstrandam belli Turci-
 ci necessitatem mihi esse videntur: acerba scilicet seruitus
 quàm Mahometicus dominatus importat, religionis immu-
 nutio, Ecclesiæ clades, gloriæ Christi obscuratio, libe-
 ratis omnis, iuris & æqui euersio, assiduus deniq; oppre-
 ssorum Christianorum plangor, & spes auxilij in nostris
 precibus & adminiculo posita.

X
 Superest, vt quibus armis præsidijq; vti ad repellen-
 dum hostem tantum conueniat, explicetur. Sunt autem
 duo, quorum ope atq; opere profigari atque euerti Turci-
 cam oportet: vnus est Christianus, alter Rudolphus. Chri-
 stianus quidem precibus, Rudolphus verò armis & gladi-
 o pugnat. His nisi Turcarum potentia fragatur & debilitetur,
 tuti esse ab illorum impressione violenta non possumus.
 His præsidij iam olim Israëlitarum hostes suos Amalecitas
 Midianitas, & alios fuderunt. Preces enim sunt, quæ diu-
 num numen sceleribus nostris violatum placant: arma ve-
 rò, quæ vim hostilem atque impetum à vobis propulsant.
 Orante Mose, pro salute Ecclesiæ & Reipub. suæ propu-
 gnabant Israëlitarum in deserto. Gemente & clamante popu-
 lo, iudices Israëliti pro lege & pro grege suo dimicabant
 hostesq; deuincebant. Sauiente Maxentio & Maximino
 Christiani preces & vota pro Ecclesia faciebant: Constanti-
 nus verò manum cum hoste conferebat. Iuliano igne
 & minis

& minas aduersus Christianos spirante, ipsi precibus ad De-
 um conceptis sese muniebant, & tyrannum furem, & cru-
 delitatem ex infimo pectore anhëlantem interimebant.

In Viennensi obsidione, cum Turcæ omni opere &
 machinis urbem oppugnarent, eamq; iam spe & cupiditate
 deuorassent: Christiani hymnos sanctos, & domino suo
 Iesu Christo gratos cecinerunt. Fridericus verò Palatinus
 Comes cum suis militibus arma ad arcendum hostem pro
 salute communi cepit. Etsi igitur tormentorum vim maxi-
 mam adhibuit Turca, adeo vt cœlum tegi glandium &
 missilium multitudine, tellus verò tremere & ingenti mu-
 gitu percelli videretur: tantum tamen preces armaque
 Christianorum valuerunt, vt territus fractusque tyrannus
 cum indignatione summa recedere coactus sit. Cum idem
 tyrannus Gunzium exiguum oppidulum, neque arte, ne-
 que opere, neque natura munitum obsideret, eiusque op-
 pugnationem die ac nocte vrgeret: inclinata iam ad ruinam
 nam omnia esse videbantur. In oppido enim centum dun-
 taxat milites cum præside Nicolao Iurischitz erant. At hi
 non tam armis, quàm precibus summa contentione pu-
 gnabant. Et quanquam fortitudo ducis & militum tanta fu-
 it, vt hosti etiam admirationi esset: tamen plus profecerunt
 deprecationes Christianæ, quàm conflictiones cum hoste.
 Cum enim in extrema fortuna circumfessi starent: im-
 bellis ætas, senes, pueri, matres familias, voce contenta,
 & ad miserabilem sonum inflexa Dei fidem, misericordiam
 am, & opem implorant. Estque hoc ciulantium cla-
 more ita contritus hostis, vt milite armato vndique op-
 pletum esse oppidulum putaret. Itaq; percussus quasi diui-
 no quodam pauore expugnationem in medio cursu victo-
 riæ abruptit, & nemine persequente, aufugit. Vtrunq; igitur
 præsidium ad oppugnandum Turcam adhibendum est, vt &

domi precemur, & foris praeliemur, animis vota faciamus, manibus verò hostem repellamus.

Preces verò oportet esse arduas, frequentes, & puras. Nullus enim cultus, nullaq; inuocatio potest placere Deo, aut placare iram eius, nisi mens incensa sit timore Dei, ac sensu iræ diuinæ, vrgentiūq; vel certè impendentium perueniat, nisi ardeat, qui orat. Est ergo necessarium in hac parte, vt animis attentis cogitemus iram Dei aduersus nos inflamatam, & magnitudinem calamitatum nostrarum consideremus: tum iusto dolore scelera nostra detestemur, ac vero gemitu poenam deprecemur. Hic enim locum habet id quod Deus apud Ezechielem ait: Quasi tu, num quata, dulcis vxor, liberi, domus, supellex, agri, is, nisi oret, esset, qui se opponeret quasi murum pro Ecclesia & populo, & sedare studeret iram meam. Rupturam sane fecit. Aspiciat modò vnusquisq; ea, quæ cara habet, & nus magnam, dum iterum partem de Christianorum sequo ægrius ea amissurus est, cò ardentiori animo precetur, in Croatia detrahi à Turcis passus est. Huius enim ex oppidum & arcem Vuhitsch, quæ annos 150 propugnaculum Christianæ reipub. aduersus Turcas ex tit, cum alijs castellis & vrbibus illi occuparunt, multa his, & arboribus vndiq; vestitum accuratè intuens lacrymas minum millia, sine discrimine sexus, ordinis, & conditionis trucidarunt, reliquam multitudinem in seruitutem ipæ tam culta loca prædæ barbaris Turcis fore. Sic tua morte duriorē abduxerunt. Quæ quidem repentina, tuus hortus, tua vxor & liberi, & quæcunq; alia cara violenta impressio, quò magis contra opinionem nostram, prædæ hostibus erunt, nisi precibus iram Dei auerere, & mitigationem pænæ flagrantis impetrare studueris, ad emendandum mores & vitam incitare debet.

Imminent ijdem ex omni parte infesti in Styriam, Carniam, Foroiulium, & erecti passim in Vngaria cum minis & immani terrore vagantur. Quò sane magis excitanda est cura & animaduersio, & ita velut è superiori loco concionandum: indies, Christiani, magis exardeat ira Dei, & cumulatur poena. Quia atrox inferitur contra nos bellum, ingensq; à Turca impendet periculum. Ocurrite ergò flagranti numinis diuini iræ, placare Deum precibus ardentibus studete, & dum in cursu est furor turæ, omni contèntione resistite. Ardere hic necesse est concionantem, vt ardens oratio eius ad auditores perueniat. Ardere oportet auditores, vt vero animi impetu ad mittendum Deum iratum, & auertendum horribile bellum incumbant. Vt enim tubæ sono ad præliandum excitantur, ita acie armati: ita orationis grauitate ad orandum inflammandi sunt togati: vt, nisi seriò & ex animo orent, pereunt sibi cum omnibus, quæ possident, statuunt. Cui ergo non sibi cum omnibus, quæ possident, statuunt. Cui ergo ac vero gemitu poenam deprecemur. Hic enim locum habet id quod Deus apud Ezechielem ait: Quasi tu, num quata, dulcis vxor, liberi, domus, supellex, agri, is, nisi oret, esset, qui se opponeret quasi murum pro Ecclesia & populo, & sedare studeret iram meam. Rupturam sane fecit. Aspiciat modò vnusquisq; ea, quæ cara habet, & nus magnam, dum iterum partem de Christianorum sequo ægrius ea amissurus est, cò ardentiori animo precetur, in Croatia detrahi à Turcis passus est. Huius enim ex oppidum & arcem Vuhitsch, quæ annos 150 propugnaculum Christianæ reipub. aduersus Turcas ex tit, cum alijs castellis & vrbibus illi occuparunt, multa his, & arboribus vndiq; vestitum accuratè intuens lacrymas minum millia, sine discrimine sexus, ordinis, & conditionis trucidarunt, reliquam multitudinem in seruitutem ipæ tam culta loca prædæ barbaris Turcis fore. Sic tua morte duriorē abduxerunt. Quæ quidem repentina, tuus hortus, tua vxor & liberi, & quæcunq; alia cara violenta impressio, quò magis contra opinionem nostram, prædæ hostibus erunt, nisi precibus iram Dei auerere, & mitigationem pænæ flagrantis impetrare studueris, ad emendandum mores & vitam incitare debet.

prænuncium fuerit. Nihil opus est exemplis ex veterum aut recentium rerum memoria petitis. Facile est cuius ex ipsdem causis antegressis eodẽ effectus ratiocinari.

Frequentes deinde preces nostras esse oportet, & crebras, quò enim maior est necessitas, eò magis urgenda & frequentanda oratio. Sine intermissione, inquit Paulus, orate. Si cessat Turca, cessare potest aduersus illum nostra oratio. Sed si is in opere suo noctes & dies pergit: res cogit nos etiam summo studio perseverare in precatione. Hic iterum contendenda est vox, & exacuendi Christianorum animi, ut, quoad orant, consecuturos sese aliquid laxamenti arbitrentur: simul ac verò relanguent, aut de studio suo, perseverantiaq; aliquid remittunt, periculum intendi existiment. Mòsi quid acciderit, historia peregrinationis Israëlitarum indicat. An non, quoties ille manus leuabat, exercitus Israëliticus prosperè pugnabat, & hostem prostigabat, simul ac verò manum suam remittebat, hostis vincebat? Ita dubium nullum est, inuentos esse hæcenus Christianos, qui Turcam precum suarum assiduitate represserint, & à finibus nostris propulsarint. At nunc, quoniam iterum ille hostis adeo sæuire in nos incipit, argumento est, nos ocio & languore à cura precandi abductos esse. Quamobrem, si denuò quietis, si pacis usuram aliquam expetimus, denuò orandum nobis esse sedulo frequenterque statuamus.

Denique pura oratio nostra esse debet, quod Apostolus præcipit, cum iubet nos manus puras leuare, hoc est, non pollutas malo proposito in peccatis perseverandi. Nam & apud Esaïam Deus disertè negat, se exauditurum esse multitudinem precum, si manus sint repletæ sanguine. Sic igitur orandum nobis esse sciamus, ut omne propositum

rum peccandi, omnem libidinem, avaritiam, superbiam, luxum, priuata vindictæ cupiditatem, & alia delicta, quæ Deus odit, abijciamus, & mente sancta atque integra ad Deum accedamus. Inspiciat modò se ipsum quisque, & quæ in se deprehendit iniqua, superflua, aut inuisa Deo aut proximo, corrigat. Odit autem Deus, etiam omnem insolentiam in gestu, vestitu, & victu. Hanc ergo quamdiu usurpas, precari rectè non potes.

Hic iterum contendenda vox est, & ad curam abijcendi superbiam, libidinem, luxum, & vestium nouitatem atque insolentiam inflammandi Christiani, ut non prius credant, se exaudiri à Deo in hoc summo periculo posse, quam manus puras tollere ad ipsum ceperint. Et est profectò amentia summa, in calamitate accedere ad Deum audere, nisi gestu & vestitu etiam luctum & squalorem præferas. Saccus enim & cinis est poenitentium habitus.

Hoc usus est in medio omnium rerum certamine atque discrimine populus Israëliticus. Sic enim scribitur in historia Iudith cap. 4. Vniuersus populus serio inuocabat Deum, & ipsi ac coniuges eorum humiliabant se cum ieiunio & precatione. Sacerdotes verò circumdederunt sibi saccos, & infantes iacebant in vestibulo templi domini, & altare domini tegebatur sacco. Et clamauerunt ad Dominum Deum Israël magno consensu, ne abducerentur uxores & liberi eorum, & ne ciuitates vastarentur, & Sanctuarium ne pollueretur, denique ne ipsi ludibrium fierent Ethnicis. Et Ioiakim sacerdos magnus domini lustrabat regionem, & hortabatur populum Israël dicens, certò vobis persuasum sit, idq; exploratum omnino ducite, quòd Dominus sit exauditurus preces vestras, si perseverabitis in ieiunio, & precatione coram Domino.

Quanta

Quanta item dementia est, Turcas, cum oppugnare Christianos volunt, tota die & nocte ieiunare, quemadmodum in oppugnatione Constantinopolis fecerunt; Christianos vero in necessaria & legitima sui defensione parem summisionem & curam adhibere non velle? Quoad igitur molliciem sectaris, ornatum ambitiosum geris, luxui indulges, puras manus ad Deum leuare non potes.

Profecto Deus non solum mentem contemplatur, sed incessum etiam tuum obseruat, gestum, ornatum, calceos, fibulas, armillas, fimbrias, annulos, & alia minuta, quæ tuis oculis placent, ipse verò abominatur. De quo si dubitas, Esaia concio cap. 3. te confirmare potest. Non potest, non potest esse seria precatio sine abiectioe propositi mali, & vera conuersione ad Deum. Nec est melior portus, penitenti, quam mutatio consilij. Quocirca arcere si volumus Turcam à nostris agris, tectis, & mœnibus, ut ardens, ut crebra, ut pura sit nostra precatio, necesse est. Quod enim in acie stantes milites facere oportet, si vincere oppositum sibi hostem cupiunt, idem nobis in publicis congressibus, & priuatis exercitationibus nostris faciendum esse putemus: ut precibus depellere & concidere Turcam non minori contentione studeamus, quam milites profligare & delere cum nituntur sclopetis & gladijs.

Non solus autem Christianus est, qui Turcam prosterne & fundit, sed opus est etiam Rudolpho Cæsare, magistro nostro legitimo & ordinario. Huic enim attribuit Deus gladium, & mandatum dedit tuendi subditos, depellendiq; ferrum & flammam ab aris & focis nostris. Ad talem autem defensionem opus est prudentia & pecunia. Prudentia enim consiliorum rector est, sine quibus nihil valent arma foris. Pecunia verò neruus est belli, & sine ea nihil geri aut effici potest, quod decet aut conuenit. Iam
pruden-

prudentia in imperatore nostro, & adiunctis imperij principibus magna est. Utinam adsit etiam efficiendi facultas, diuinusque successus. In Davidis Israëlitarum regis exercitu singuli milites poterant esse ductores copiarum. Utinam etiam in Christiano hoc exercitu contra Turcas non solum copia, sed etiam delectus aliquis heroicorum bellatorum sit, qui non solum rei militaris scientia, sed etiam autoritate, fide, & felicitate antecellant. Neque verò desunt vires imperio, sed firmamenti & roboris multum suppetit. Præterea nerui etiam belli in conuentibus imperialibus decreti sunt. Et quod optabile nobis omnibus est maxime, auxilia Christiani principes magno consensu & voluntate pro salute communi offerunt. Quæ quidem subsidia atq; præsidia ego arbitror magna esse, ad quæ si accesserit diuinum auxilium, industria in agendo, consilium in prouidendo, prosterni hostis, quamvis in orbe terrarum potentissimus, poterit.

At sunt, quæ dubium facere alicuius animum in hac causa possint. Non enim hæcenus ex sententia successit vllum ferè bellum contra Turcam susceptum. Non Aegyptus, non Asia, non Persia, non Africa, potuit de potentia eius quicquam detrahare, aut ex faucibus illius eripere, quæ semel ceperit, aut occuparit. Immo ne Christiani quidem milites, cum in eum iuerunt, amissas opes vnquam recuperare potuerunt. Anno 1395 ad Nicopolin cum Turcis conflixit Sigismundus imperator: sed victus cladem ingentem deportauit. Anno 1444 ad Varnam Vladislaus cum Amurate signa contulit: sed equo deiectus cum ingenti numero Christianorum periit. Anno 1526 Ludouicus Vngariæ rex Solymanno in Pannoniam irruenti occurrit: sed cum flore regni occubuit. Anno 1532, cum Solymanni exercitus in Styriam vsq; penetrasset, & iam in Germania
E pedem

pedem posuisset, delectæ ex Germanis, Italis, Hispanis, & Vngaris copiæ, imperatore Carolo V. contra illum ductæ sunt: sed fugiente hoste, opera & impensa inanis fuit. Christianorum verò ad triginta millia partim capta, partim concisa fuerunt. Anno Christi 1542 in conuentu Norinbergenfi triginta millia peditum, & sex millia equitum ab imperij ordinibus in Vngariam ad recuperandum Pestum & Budam decreta & missa fuere, duce Ioachimo Brandeburgico: sed irritus conatus omnis fuit. Anno 1566 cum Solymannus Zigetum obsideret, militum firma manus, imperatore Maximiliano, coacta est: sed frustra susceptus labor est.

Hæc profectò eiusmodi sunt, vt detertere à bello Turcico etiam fortem animum posse videantur. Sed sunt in alteram partem quoque rationes & exempla, quæ demonstrant, neque inuictum esse Turcam, neque vsque adeò formidabilem, vt, si contra fidem aut pacta bellum inferat, vel latrocinij & excursionibus fines Christianorum depopuletur, non omni ope & opere arcendus, & vis vi repellenda esse videatur. Primum enim causa Dei est, cuius gloria agitur in hoc bello. Odit enim nos Turca & oppugnat propter professionem Sanctissimi nominis Iesu Christi, quem ipse de gradu & maiestate conatur deijcere, & in locum eius Mahometum suum impium collocare. Etsi igitur maximas, vel innumerabiles etiam copias contra nos ducat: tamen verè illud ad nos applicare possumus, quod Deus per Prophetam ad Iosaphatum, & subditos eius dixit: nolite timere, aut animo angi coram hac maxima multitudine hostium. Non enim vestrum est prælium, sed Dei. In Dei igitur nomine prælium omne cum Turcis ineundum est, nec dubitandum, quin Iesus Christus, quem

quem profitemur, nomen suum à contumelia Mahometica defensor sit. Hic enim est, qui in media acie stans pro suo sanctissimo nomine propugnabit, & præliantes in hoc ipso suo nomine Christianos, diuinitus suppeditato robore & successu iuuabit.

Certum est etiam tale bellum contra Turcam esse legitimam defensionem magistratui mandatam à Deo. Contra verò, turcicam tyrannidem esse Deo & legibus inimicam. Quod autem legitime geritur, diuinitus etiam fortunatur, & exitum plerunque habet salutarem. Tum res etiam probat, verum esse quod in versibus dicitur:

Frangit & attollit mentes in milite causa;
Quæ nisi iusta subest, excutit arma pudor.

Memorabilis quoque viri fortissimi vox est apud poetam græcum: in iusta causa decet esse inuictò infractoque animo. Quod verò temere & absque diuino mandato suscipitur, quamuis exiguo tempore procedat, & spem magnam præbeat: tandem tamen dilabitur, & perit. Quis ergo militum omnium est, qui non malit in exercitu Cæsaris Rudolphi militare, quàm in turba & colluione impia Turcorum? Quis est, qui non succumbere, si ita Deus velit, aut res cogat, sub vexillo imperatoris Christiani & legitimi malit, quàm in castris, aut acie Turcici tyranni florere, aut vincere? Scimus quo pacto tantas opes pararit Turca, non profectò iure aliquo, multò minus Dei mandato, sed vi, tyrannide, dolo, & perfidia. Quàm igitur firma aut stabilis eius potentia esse possit, quiuis intelligit.

Et sunt in promptu exempla infelicitum pugnarum eius, quæ superioribus exemplis successuum illius opponi possunt. Quis ignorat Ioannis Huniadis virtutem & felicitatem adeo terribilem fuisse Turcis, ut audito saltem nomine ipsius exhorruerint? Hic est, qui arma Turcorum ab Vngaris, quoad vixit, depulit, & victorias illustres ab illis reportauit. Matthias Baiazetem in summo cursu victoriarum acinacem suam aduersus Vngariam stringentem eximia fortitudine repressit, in easq; angustias adduxit, ut missis legatis atque muneribus inducias ab eo petierit. Memorabilis est Christianorum pugna naualis ad Naupactum, (hodie Lepantum vocant) in sinu Corinthiaco, anno 1573, qua classem Turcicam vniuersam, exceptis paucis triremibus ac nauigijs depresserunt, & quatuordecim millia Christianorum liberarunt. Quanquam præter famæ celebritatem & gloriam immortalē nihil acquisiuerunt. Quod verò ad Nicopolim male contra Turcas à Sigismundo Vngarie rege pugnatum est, superbia & insolentia pœna fuit. Ferunt enim ut Bonfinius lib. 2. scribit, iactasse Sigismundum, se tam numerosum ducere exercitum, ut non solum Turcam, sed ne caelum quidem ipsum, si forte rueret, formidare deberet. Etius enim, inquit, ruinam facile hastis nostris subire possemus. Diuina igitur ultione factum est, ut parum absuerit, quin is, qui cali ruinam contemserat, in manum hostium deueniret. Quod etiam Xerxi Persarum regi contigisse ex græca historia didicimus. Varnensis verò cladis, quæ alia fuit causa, quàm induciarum iureiurando ab utraq; parte confirmatarum, impulsu Eugenij pontificis, & Iuliani cardinalis violatio? Belgradum potius quid perdidit, & in potestatem Solymanni redegit, nisi superbia procerum Vngarie? Sic enim habet historia Vngarica, & Batemica. Miserat Solymannus initio imperij sui legationem in Vngariam, qua significauit, portam suam regiam omnibus patere, qui vel pacem

pacem vel bellum poscerent. Virum ergo mallet Vngari, cognoscere ex ijs voluit. Hic Vngari Solymannum iuuenem contemserunt, & legatum eius in custodia asseruarunt. Ea igitur contumelia irritatus Solymannus, Belgradum, dissidentibus præsertim inter se, & discordantibus Vngaris, inuasit. Ludouico viuere & regnare per fata forte licuisset, nisi à suis ipse, & Turcus superbè essent contemti. Præterquam enim quod Episcopi infideliter neruos belli suppeditabant, etiam nobiles ocio & luxu diffuentes, manu exigua se concisuros, & profligaturos esse Turcos iactabant. Accedebat Pauli Tomorei monachi imperiti & inepti temeritas, qui imperium militare cupidè inconsulteq; arripuit. Quid attraxit Turcam in Pannoniam, ad occupandam Budam, Pestum, & alia oppida munita, quàm Ioannes de Zapolia Transylvaniae VVeivoda, qui, sublato Ludouico, regnum affectauit, & de consilio & ope Hieronymi Lasci in fidem tyranni turcici sese dedit? Quæ res Giulam Turcis stipendiariam fecit, nisi nefaria Ladislai Kerezinij præfecti proditio?

Sed hæc dico longius fortè, quàm instituta ratio postulatur. Equidem Ferdinandus, ut reliqua etiam strictim attingam, quoniam bellator minus felix erat, sicut nec Augustus Cæsar ad arma natus fuit, pacem necessariam, cum iactura aliqua regni Pannonici, colere maluit, quàm armis cum potentiore decertare. Maximilianus verò in sua contra Solymannum expeditione nullam partem boni & fidelis imperatoris prætermisit. In primis enim ad Deum confugit, ab eoq; opem & salutem petijt. Iccirco promulgato edicto mandauit, ut Viennæ, alijsq; vrbibus, oppidis, & pagis, regnorum suorum, statutis horis, quæ campanæ sono indicabantur, præces Deo adhiberentur. Quod etiā factum est, & quoties campanæ sonus auditus fuit, de equis descenderunt etiam milites conditionis homines, & genibus

flexis, Dei auxilium implorarunt, ludos verò, aliaque instrumenta musica prorsus intermiserunt. Iuit hac fiducia diuini auxilij ipsemet imperator, exercitu præclare instructus in Vngariam: consilia, ferocitatem, & impetum hostis vidit, sed reprimere & frangere non potuit.

Quid igitur? num inuictus adeò tunc fuit Turca, vt neq; inuadi à Caesarianis, neq; repelli ab obsidione Zigeti potuerit? Postremus ille furor tyranni fuit, calamitas verò fatalis, quam ferre Christianos oportuit: quoniam vi nulla depelli potuit. Sic tamen ultus est Deus hunc tyranni furorem, vt in castris ante expugnatum Zigetum de vita eum cum fremitu horribili expulerit. Hæc & alia huiusmodi exempla intuentes, vim fati agnoscamus, & miseriam nostra culpa attractam deploremus. Nihilominus tamen facere, quod nostri muneris & officij est, constanter pergamus, & precibus hoc etiam tempore à magistratu nostro ordinatis placare Deum, & auertere meritis pœnas studeamus. Tum arma, quanta possumus in hostem expediamus, omnem spem salutis & victoriæ in fide Iesu Christi positam habentes.

Hæc copulatio precum & armorum si vllò tempore, hoc certè in primis necessaria est, quo turcicus furor in limine nostræ patriæ bachatur: & à magistratu nostro vtrumque mandatum est, vt & oratione contra tantum hostem pugnemus, & vires ad repellendum illum conferamus.

Non enim parua diminutio de Christiano orbe facta est, sed magna pars de Croatia & finitimis locis, superiori anno iterum detracta est. Nec finis est furentis ac violenti illius impetus, sed ineunte verè, innumerabilis multitudo contra nos ventura esse dicitur. ^{7.} Quanto fatius est an-

est anteuertere, & precibus tantum tyrannum auertere studere, quàm committere, vt magnitudine exercitus tyrannici tanquam fluctu rapido obruamur. Et iam quidem precandi in ocio & pace tempus est, quo si intemperanter abusi fuerimus, haud scio, an postea in magna vi tempestatum, & concursu calamitatum remedij salutaris locus aliquis futurus sit.

Quocirca cum magnitudinem belli perspiciamus, necessitatem intelligamus, & præsidia ad repellendum hostem diuinitus nobis suppeditata cernamus: non aliud nobis hoc difficilimo tempore maiori curæ esse debet, quàm vt vtraque manu, totoque pectore talia adminicula amplectamur, operamq; demus in primis, vt in coetu coeuntes, Deum quasi manu facta, precibus amabimus. Idq; non semel aut iterum, sed sedulo frequenterq;. Tum domi etiam suæ vnusquisque vota Deo nuncupet, hymnos decantet, & quod cor precationis est, in vera fide Christi, abiecto omni proposito impio, sanctas manus ad Deum leuet, & ex animo serioque impendentes calamitates deprecetur. Quod nisi fecerimus, nostra ignauia, petulantia, & in malis perseuerantia Turcam vel nolentem, & inuitum attrahet vt patriam nostram, tanquam diluuium inundet & opprimat.

O carum imperium, quantumcunq; est reliquum, o beata Germania, quid tibi ad summam felicitatem, quæ quidem contingere vlli regioni potest, deest? Habes verbum Dei ex puris fontibus Iraelis haustum, munita es iure & legibus, vales opibus, referta es vrbibus, & rebus omnibus ad victum cultumq; necessarijs. At quò preciosiora & formosiora hæc sunt tua bona, eò horribilius deuastaberis, euerteris, & omni re possessioneq; spoliaberis, nisi in tempore tibi caueris, & iram Dei mitigare pœnitentia & precatione serastudueris. Non procul sumus ab anno millesimo

Iesimo sexcentesimo, quo Hiltenius prædixit, hominem
 sæuissimum, millesimo verò sexcentesimo sexto Gogum
 & Magogum regnaturum esse in vniuersa Europa. Cui qui-
 dem prædictioni tantum ego nequaquam tribuo, vt fatalem
 aliquam necessitatem, euentum, aut exitum in ea ponam:
 sed eò tamen pertinere illam prorsus arbitror, vt ad preca-
 tionis assiduitatem nos accendere, & flectere ad modestiam
 debeat.

Beatos nos, si impendentes tempestates, procellas,
 ruinas, incendia, & cladem à patria, ab Ecclesia, ab vxoris
 bus, à liberis, à rectis & alijs, quæ cara habemus, in ocio &
 tranquillitate propulsare studuerimus. Miseros verò, imo
 miserrimos, si cæci furentesq; calamitates, cædes, flam-
 mam, seruitutem, & alia horrenda mala per fraudem & ma-
 litiam nobis & posteris nostris accersere perrexerimus. Ad-
 sit verò honestis & pijs Christianorum conatibus aduersus
 tantum tyrannum ex impietate, blasphemia, fraude, crude-
 litate, sæuitia, & immanitate conflatum, is, qui nomen no-
 bis de suo nomine imposuit, Christus Iesus, in quo Con-
 stantinus Magnus hostes deterrimos, Maximinum,

Maxentium, Licinium, Christianis cruces &
 tormenta minantes vicit, quiq; sedet ad
 dexteram patris, & dominatur in
 medio inimicorum suorum,
 donec ponat eos sca-
 bellum pedi-
 bus suis.



F I N I S.



